Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

laa Qui te viderit ad te inclinabit te et prospicient dicentes Nunquid
iste est vir qui conturbauit terram qui concussit regna qui posuit orbem
desertum et urbes eius destruxit vinctis eius non aperuit carceres Omnes
reges gentium omnes dormierunt in gloria unusquisque in domo
sua tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis sic sunt
polluti et obuoluti cum hiis qui interfecti sunt gladio et descendent
ad fundamenta lapidis Quasi cadauer pedibus conculcatum non habebis consortium
neque cum eis in sepultura Tu enim terram tuam disperdisti / tu populum
tuum occidisti / non vocabitur in eternum semen pessimorum / parate fi
lios eius occasionem interficiendi pro iniquitate patrum eorum / ne consurgent nec here
ditabunt terram nec implebunt faciem orbis ciuitatibus Et consur
gam super eos dicit dominus exercituum et perdam babilonis nomen et reli
quias et germen et progenies ait dominus Et ponam eam in possessionem
erinaceis et in paludem aquarum et scopabo eam in scopa terens dicit
dominus exercituum Iuravit dominus exercituum dicens Si non ut puta
ui ita erit et quomodo mente tractaui sic euenet ut conteram assyrium in
terra mea et in montibus meis conculcabo eum Et auferetur ab eis iugum
eius et onus illius ab humeris eorum tollet hoc est consilium quod cogi
tauit super omnem terram et hic est manus extenta super omnes gentes
Dominus enim exercituum decreuit et quis poterit infirmare et manus
eius extenta et quis auertet eam In anno quo mortuus est rex Achaz fac
tum est onus istud. Ne letetur philistea omnis tu quia contrita
est virga percussoris tui De radice enim colubri egredietur regulus
et semen eius absorbens volabit Et pascentur primogenita pau
perum / et pauperes fiducialiter requiescent / et interficiam radicem tuam in fa
me radicem tuam et reliquias tuas interficiam Vlula porta cla
ma ciuitas / prostrata est philistea omnis Ab aquilone enim fumus
venit et non est qui effugiat agmen eius et quid respondebitur nuntiis
gentis quia dominus fundauit sion et in ipso sperabunt pauperes populi eius
Onus moab quia nocte vastata est ar. PV
1 Onus moab quia nocte vastata est muros moab quia
Ascendit domus et dibon ad excelsa in planctum Super nabo
et super medeba moab ululabit In omnibus capitibus eius
calui sunt et omnis barba radetur In crinibus eius accincti sunt sacco